Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

15. Novembris. 17. Cal. Decemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

Visual Library

rum; unita ſint corda, diligendo u- Unitas
num, quærendo unum, adhærendo u- cordiũ.
ni, & idipſum invicem ſentiendo.

15. *Novembris.* 17. *Cal. Decemb.*

B. EDMUNDA, Subprioriſſa Mo- *Obijt*
naſterii Parcæ Dominarum: quæ *anno*
priſcæ ſanctitatis redivivum exemplar 1638.
huic noſtro ſeculo exhibuiſti: in teipſam omnis ignara clementiæ, in ſorores ſolius memor manſuetiſſimæ charitatis: pro quarum ſalute promovenda nec omittebas pia monita, nec orationum aſſiduitatem. Clauſtrali ſolitudini tam eras addicta, ut jubentibus pro reſtituenda valetudine egreſſum medicis parêre contempſeris. Debile ex morbis corpus roborabat animus, qui graviſſimos dolores adeò non ſentiebat, ut ab obſequio divino nullam
pateretur abſentiam. Quo tempore *E vul-*
frontem non ſolùm ſolito gerebas ſe- *tu ra-*
reniorem, ſed ſæpe etiam radios evi- *dios e-*
brantem. Tandem continuis ſuſpiriis *mittit.*
ad cœleſtem patriam aſpirans, in pervigilio ſancti Patroni tui ſuaviter exſpirâſti. *Quàm ardenter tu ad vitam immortalem aſpirabas, tam frigidè ego ad illam propero, magìs verò hoc miſerijs om-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nibus plenum amo exilium. Ejice hunc ſtultum amorem ex corde meo, illúdque ſacris deſiderijs imple.

Floruit circa annum 1400. B. CATHARINA Perezia, Monialis Caſtrenſis in Luſitania: quæ ſolenni more caſtarum Chriſti ſponſarum doloroſam Dominicæ Paſſionis hiſtoriam continua contemplatione præ oculis habebas: illius in Cruce *Paſſio Chriſti illius meditatio.* pendentis Imaginem ubicunque obviam, non aliter lacrymis rigabas, quam Pænitens illa pedes recumbentis. Unicum denique votum erat, dolorum communio, quam multo gemitu impetraviſti, gravi percuſſa vulnere *Vulnus prodigioſè accipit.* in pede: cujus acerbiſſimas moleſtias mira cordis jucunditate pertuliſti. Horam, quæ vitæ ſimul & patiendi finem ſit allatura, divinitùs multò antè cognoveras: unde non minore gaudio illam expectabas, quàm nos miſeri eandem formidamus. *Utinam tuo & mille aliorum Sanctorum exemplo per piæ contemplationis affectus amplecterer arma Dominicæ Paſſionis! Immenſum parit hæc pietas fructum, ac, quod omnia ſuperat, felicem mortem comparat.*

S. BERNARDUS, ſ. 43. in Cant.

Meditatio Domi- *Ego, Fratres, ab ineunte converſione mea pro acervo meritorum, quæ mihi deeſſe*

deeſſe ſciebam, hunc mihi faciſculum colligare, & inter ubera mea collocare curavi, collectum ex omnibus anxietatibus & amaritudinibus Domini mei.

nicæ Paſſionis.

16. *Novembris.* 16. *Cal. Decemb.*

S. EDMUNDE, Archiepiſcope Cantuarienſis: qui nominis tuo cauſam inſolita naſcendi ratione dediſti, tam mundus ab utero tanquam ex lavacro progreſſus. Huic puritati corporis & animi conſervandæ piiſſima Marer te inſtruxit adhuc penè infantem præſidiis, quæ vel viro gravia viderentur: nam feria quaque ſexta indixit jejunium in pane & aqua, ac cilicio tenerum corpus ſtrinxit, quem utrumque rigore cum ætate ſemper auxiſti. Oxoniæ ſtudiis liberalibus vacans celeritate vivacis ingenii inſtructoribus ſummæ eras admirationi. Sed ne mundi lubrica vanitas te abriperet, ſingulari tutelæ innocentiam tuam Deiparenti commiſiſti, fabricato gemino annulo, quorum alterum Virginis Matris, alterum tuo inſeruiſti digito, pro gemma inſculpta erant Angeli ſalutantis

Obijt anno 1227.

Sanctè educatur à matre.

Deiparæ patrocinio ſe tradit.